CUIUS SUPRA AD OMNES GALLIARUM URBIUM EPISCOPOS DE CONSPIRATIONIBUS[1] ET RELIQUIS[2] ILLICITIS CAUSIS, NE FIANT.

[H. 7] Dilectissimis fratribus per Galliam constitutis universis episcopis Calixtus[3].

Plurimorum relatu[4] comperimus[5] dilectionem vestram fervore[6] spiritus sancti ita ecclesiae gubernacula firmiter contra impetus tenere et regere, ut naufragia[7] detrimenta[8] deo auctore non sentiat.

Talibus igitur gloriantes indiciis[9] rogamus, ne illis in partibus contra statuta[10] apostolica quicquam fieri sinatis[11], sed nostra fulti auctoritate nociva compescite, illicita prohibete[12].

[H. 8] Conspirationum[13] vero crimina vestris in partibus vigere[14] audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare[15] nobis mandatum est. Cuius criminis astutia non solum inter christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos[16] et ab exteris[17] legibus[18] prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiasticae, sed etiam saeculi damnant[19] leges, et non solum conspirantes[20], sed et[21] consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima

**Quellen:**

4-8: *Plurimorum - auctoritate*, init. Simplic. ep. ad Zenon. (II. no. 77).
9-11: *Conspirationum - prohibita* sec. c. 18. conc. Chalc. (D.).
11f.: *Et idcirco - leges* sec. Ben. I.189.
13-15: *sed - privari* sec. Ben. I. 224. (c. 27. conc. Chalc. D.).

**Rezeption:**

9-17: *Conspirationum – consentientes*: Ps.-Remedius c. 43 (16f.: *omnesque – censuerunt* fehlt; Burchard X,64 (14: *honore – positi*] *ordine – constituti*); Ivo, Decr. XII,85 (14: *honore – positi*] *ordine – constituti*); Polycarpus IV,32,10 (13: *vero* fehlt; 14: *honore – positi*] *ordine – constituti*; 16: *iusserunt* fehlt; 17: *eis* fehlt); Gratian C. XI, q. 1, c. 22 (14: *honore – positi*] *ordine – constituti*).
9-22: *Conspirationum – nocebitur*: Coll. Ans. ded. V,165.
9-23: *Conspirationum – potest*: Ivo, Decr. VI,346.

[1] CONSPIRATIONIS *I83*
[2] RELIQUIS *korr. aus* LIQUIS *VD38*
[3] calixtus *V630*
[4] *am Rande* Narratione *VD38*
[5] *am Rande* cognovimus *VD38*
[6] *interlinear* ardore *VD38*
[7] naufragii *N442*
[8] detrimenta *fehlt V630*
[9] *interlinear* signis *VD38*
[10] *interlinear* decreta *VD38*
[11] *am Rande* dimittatis *VD38*
[12] prohibite *O93; V630*
[13] *am Rande* De conspirationibus *N442; V630; am Rande* De conspiratione *O93; I83; am Rande* De prohibendis conspirationibus *VD38*
[14] urgere *VD38*
[15] *am Rande* insidias preparare *VD38*
[16] *interlinear* gentiles *VD38*
[17] *am Rande* extraneis *VD38*
[18] lege *I83*
[19] damnant *korr. aus* damnat *VD38*
[20] *interlinear* insidiantes *VD38*
[21] etiam *korr. aus* etiam et *V630;* etiam *N442;* et] etiam et *VD38*

turba episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi aut exsistunt clerici, honore, quo[22] utuntur, cadere[23] praeceperunt, ceteros vero communione privari[24] et ab ecclesia extorres[25] fieri iusserunt, omnesque[26] simul utriusque ordinis viros infames[27] esse censuerunt[28], et non solum facientes, sed et eis[29] consentientes. Iustum est enim, ut, qui divina contemnunt mandata et inoboedientes patrum exsistunt iussionibus, severioribus corrigantur vindictis, quatenus ceteri timorem habeant talia committere[30], et deus gaudeat fraternitate ac concordia, et cuncti sumant[31] severitatis atque bonitatis exemplum. Nam si, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem[32] vigoremque neglegimus, perdit desidia[33] disciplinam[34] et animabus fidelium profecto nocebitur. [H. 9] Hi vero in nullius accusatione[35] sunt recipiendi nec eorum vel anathematum[36] vox ullum[37] nocere aut accusare potest.
[H. 10] Excommunicatos quoque[38] a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem[39] iustam, nec cum eis in oratione aut cibo vel potu aut osculo

**Quellen:**

15-17: *et - censuerunt* sec. Ben. II. 383. i. f.
17-19: *Iustum - committere* sec. Cap. a. 805 ap. Theod. vill. c. 24. aut Ben. I. 260. II. 290.
20-22: *Nam - nocebitur*, Greg. M. ep. IX, 41. (2, 957).
22f.: *Hi - potest* sec. Ben. III. 215. Cf. Fab. 5, Steph. 7, Sixt. II. pp. 8, Iul. 19.
24: *Excommunicatos - recipiat* sec. Ben. II. 199. tit.
25f.: *nec - dicat*, Ben. II. 93. (Poenit. Theod. II. 4. §. 11).

**Rezeption:**

17-19: *Iustum – vindictis*: Anselm v. Lucca XIII,13; Polycarpus VII,10,1.
17-22: *Iustum – nocebitur*: Gratian C. XXIII, q. 3, c. 9 (17: *enim* fehlt).
22f.: *Hi – potest*: Coll. Ans. ded. III,50; Coll. Ans. ded. V,166; Gratian C. III, q. 4, c. 5 (22: *Hi*] *Conspiratores*; 23: *accusare*] *laedere*).
24-28: *Excommunicatos – subiaceat*: Burchard XI,38; Sentenzen c. 321; Anselm v. Lucca XII,13; Deusdedit IV,390; Ivo, Decr. XIV,23; Ivo, Decr. XIV,102; Ivo, Pan.V,94; Polycarpus VII,1,1; Gratian C. XI, q. 3, c. 17.
24-29: *Excommunicatos – noluerint*: Ps.-Remedius c. 44.

[22] co *I83*
[23] *am Rande* vel carere *V630*
[24] *interlinear* segregari *VD38*
[25] *interlinear* alieni *VD38*
[26] omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt *fehlt I83*
[27] infames *korr. aus* inmes *VD38*
[28] *am Rande* statuerunt *VD38*
[29] his *VD38*
[30] *interlinear* agere *VD38*
[31] *interlinear* accipiant *VD38*
[32] *interlinear* studium *VD38*
[33] *am Rande* pigritia *VD38*
[34] disciplinam *korr. aus* displinam *N442*
[35] accusationem *VD38*
[36] anathananatorum *VD38*
[37] illum *I83*
[38] quoque a *korr. aus* quoque *I83*
[39] *interlinear* inquisitionem *VD38*

communicet[40], nec ave[41] eis dicat. Quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta[42] apostolorum[43] institutionem et ipse[44] [45] simili excommunicationi[46] subiaceat[47]. Ab his ergo[48] et[49] clerici et laici se abstineant[50], qui eadem pati[51] noluerint. [H. 11] Infidelibus quoque nolite coniungere[52] nec cum eis ullam participationem[53] habere. Talia vero agentes non fideles[54], sed infideles iudicantur. Unde ait apostolus: Quae[55] pars fideli cum infidele[56], aut quae participatio iustitiae cum iniquitate? [H. 12] Nemo[57] [58] quoque alterius[59] terminos usurpet[60] nec[61] alterius parrochianum[62] iudicare

---

## Quellen:

29-31: *Infidelibus - infidele,* II Cor. VI. 15. 14.
32: *Nemo - usurpet*, Ben. II. 301. III. 151. (c. 20. conc. III. Carth.).
32-35: *nec - damnabitur,* c. 15. Angilr. (Ben. III. 308. conflat. ex c. 21. tit. et text. conc. III. Carth. H., c. 22. conc. Ant. D., interpr. c. 2. C. Th.IV. 16). Cf. Sixt. II. pp. 6, Iul. 12.

## Rezeption:

26-28: *quicumque – subiaceat*: Anselm v. Lucca XII,19 (s. auch 30; 29f.) (26: *in – prohibitis* fehlt); Polycarpus VII,1,23 (s. auch 30; 29f.) (26: *in – prohibitis* fehlt).
29f.: *Infidelibus – habere*: Anselm v. Lucca XII,19 (s. auch 26-28; 30) (29: *quoque*] *quoque vos*); Polycarpus VII,1,23 (s. auch 26-28; 30) (29: *quoque*] *quoque vos*).
29-31: *Infidelibus – iniquitate*: Coll. Ans. ded. X,143.
29-35: Infidelibus – damnabitur; Polycarpus VII,1,28 (29: *quoque* fehlt; *coniungere*] *coniungi* [vgl. Note 52]).
30: *non – iudicantur*: Anselm v. Lucca XII,19 (s. auch 26-28; 29f.) (*non*] *Hi vero non*); Polycarpus VII,1,23 (s. auch 26-28; 29f.) (*non*] *Hi vero non*).
32-36: Nemo – tui: Coll. Ans. ded. X,30; Sentenzen c. 193; Anselm v. Lucca VI,115 (Inskription: *Caelestini papae*); Ivo, Decr. V,236; Gratian C. IX, q. 2, c. 1 (32: *iudicare*] *iudicare vel ordinare*; *diiudicatio*] *iudicatio* [vgl Note 54] *vel ordinatio*).
32-39: *Nemo – iudicio*: Ivo, Decr. XIV,72 (35f.: *Unde – tui* fehlt; 37: *autem* fehlt).
32-40: *Nemo – confirmatum*: Regino II,304 (32: *quoque* fehlt; 33: *vel damnatio* fehlt; 38: *aliquidve agere* fehlt)
32-47: *Nemo – administatione*: Ps.-Remedius c. 45.

---

[40] *am Rande* societatem habeat *VD38*
[41] *am Rande* hoc est non eos salvet ave verbum est salutantis *VD38*
[42] *am Rande* Mentio canonum apostolrum *N442*
[43] apostolorum *korr. aus* apostorum *VD38*
[44] ipsi *N442*
[45] ipsi simili excommunicatione subiaceat] ipse simili excommunicatione subiacebit *korr. aus* ipse simili excommunicatione iacebis *V630*
[46] excommunicatione *I83*
[47] subiacebit *korr. aus* iacebis *V30*
[48] ergo *fehlt VD38*
[49] et *fehlt V630*
[50] abstineant *korr. aus* astineant *I83*
[51] *am Rande* austinere *VD38*
[52] coniungi *korr. aus* coniungere *V630;* coniungi *I83*
[53] *am Rande* societatem *VD38*
[54] fideles *korr. aus* fidelis *V630*
[55] Quaeve *V630*
[56] infideli *VD38*
[57] *am Rande* abhinc *VD38*
[58] *am Rande* Quod nemo alieni parrochianum excommunicet *I83*
[59] alterius terminos usurpet nec *fehlt V630*
[60] *interlinear* invadat *VD38*
[61] ne *I83*
[62] paroechiam *VD38*

aut excommunicare praesumat[63], quia talis diiudicatio[64] aut excommunicatio vel[65] damnatio nec rata[66] [67] erit nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur aut damnabitur. Unde et dominus loquitur dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.

[H. 13] Nullus[68] autem primas[69] vel metropolitanus diocesiani ecclesiam vel parrochianum aut aliquid[70] eius parrochiae[71] praesumat excommunicare vel iudicare[72] aliquidve[73] agere absque eius consilio vel iudicio, sed hoc[74] observet, quod ab apostolis ac patribus et praedecessoribus nostris est statutum[75] et a nobis confirmatum, id est, si[76] quis metropolitanus episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parrochiam, sine consilio[77] et voluntate omnium comprovincialium episcoporum extra aliquid agere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit, et quod egerit, irritum[78] habeatur et vacuum. Sed quicquid de provincialium coepiscoporum[79] causis eorumque ecclesiarum et clericorum atque saecularium necessitatibus[80] agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu

---

**Quellen:**

35f.: *Ne - tui*, Prov. XXII. 28.
40-51: *id - saecula*, c. 43. Angilr. aut Ben. III. 358. (c. 9. 13. conc. Antioch., Matth. XX. 28. 26, c. 35. apost.). Cf. Luc. 3, Iul. 12.

**Rezeption:**

37-40: *Nullus – confirmatum*: Ivo, Decr. V,100 (37: *autem* fehlt).
37-43: *Nullus – vacuum*: Ivo, Pan. IV,27 (37: *autem* fehlt; 37: *vel*] *episcopus*)
37-51: *Nullus – saecula*: Gratian C. IX, q. 3, c. 7 (37: *autem* fehlt; 37: *vel*] *episcopus*).
37-57: *Nullus – prohibetur*: Coll. Ans. ded. I,79; Coll. Ans. ded. I, 87; Burchard I,66; Ivo, Pan. IV,28 (Inskription: *Coelestinus episcopis Gall.*); Polycarpus II,24,4.
40-43: *si – vacuum*: Regino II,305; Sentenzen c. 192.
40-62: *si – conceditur*: Ivo, Decr. V101 (*quis*] *quis vero*).

---

[63] praesumpserit *V630*
[64] iudicatio *V630*
[65] vel damnatio *fehlt I83*
[66] *am Rande* digna et iusta *VD38*
[67] recta *I83*
[68] *am Rande* De fastu primatum vel metropolitanorum *N442*
[69] primates *O93; V630*
[70] aliquid] aliquem de *V630*
[71] parrochia *I83;* parrochia *korr. aus* parroechiam *V630*
[72] diiudicare *VD38*
[73] aliquidve] aliquid vel *I83; VD38*
[74] hoc observet] ob hoc servet *I83*
[75] statutum *korr. aus* statum *V630*
[76] *am Rande* Quod metropolitanus gradus sui periculo subiacet si aliquid agit de causis comprovincialium episcoporum sine ipsorum consilio *VD38*
[77] concilio *I83*
[78] *am Rande* vanum inutile *VD38*
[79] episcoporum *I83*
[80] necessarium *I83; VD38*

provincialium[81] agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu[82] [83], sed humillima et concordi administratione[84], sicut dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrum[85], erit minister vester, et reliqua. Similiter et ipsi[86] comprovinciales episcopi cum eius[87] consilio, nisi quantum ad proprias pertinet[88] parrochias, agant iuxta sanctorum constituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer[89] sancta glorificetur trinitas in saecula. Nullus primas, nullus[90] metropolitanus nullusque reliquorum[91] episcoporum alterius adeat civitatem aut ad possessionem accedat, quae ad eum non[92] pertinet et alterius episcopi[93] est parrochiae[94] super cuiusquam[95] dispositione nisi vocatus ab eo, cuius iuris[96] esse[97] dinoscitur, ut[98] quiddam[99] ibi[100] disponat vel ordinet aut iudicet, si sui gradus honore potiri[101] voluerit. Sin aliter praesumpserit, damnabitur, et non solum ille, sed cooperantes[102] eique consentientes, quia sicut ordinatio, ita eis et iudicatio et aliarum rerum dispositio prohibetur. [H. 14] Nam qui ordinare non poterit[103], qualiter iudicabit? Nullatenus procul dubio iudicabit aut iudicare poterit, quoniam, sicut alterius uxor nec[104] adulterari ab aliquo

**Quellen:**

55f.: *Nam - poterit*, c. 22. i. f. Antioch.

**Rezeption:**

51-57: *Nullus – iudicabit*: Anselm v. Lucca VI,114 (Inskription: *Caelestini papae*; 37: *autem* fehlt; 37: *vel*] *episcopus*).
51-58: *Nullus – poterit*: Sentenzen c. 194.
57-66: *quoniam – iudicabitur*: Regino I,254 (63f.: *sponsa episcopi*] *Ecclesia, quae uxor sacerdotis dicitur*); Burchard III,49 (63f.: *sponsa episcopi*] *Ecclesia, quae uxor sacerdotis dicitur*) Ivo, Decr. III,53 (63f.: *sponsa episcopi*] *Ecclesia, quae uxor sacerdotis dicitur*).
57-67: *Nam – privabitur*: Coll. Ans. ded. II,76.
58-71: *sicut – utilitatis*: Sentenzen c. 187 (60: *iudicio*] *consilio*; 71: *utilitatis] aut necessitate, ut dictum est, aut utilitate*); Anselm v. Lucca VI,99 Polycarpus I,10,2 (60: *iudicio*] *consilio*; 71: *utilitatis] aut necessitate, ut dictum est, aut utilitate*); Gratian C. VII, q. 1, c. 39 (60: *iudicio*] *consilio*; 71: *utilitatis] aut necessitate aut utilitate, ut dictum est*)

---

[81] comprovincialium *korr. aus* provincialium *N442*
[82] *am Rande* superbia *VD38*
[83] fastu *korr. aus* fastum *V630*
[84] *am Rande* servitio dispositione *VD38*
[85] vester *VD38*
[86] ipsi *fehlt VD38*
[87] eis *V630*
[88] pertinent *V630*
[89] *am Rande* communiter *VD38*
[90] *am Rande* Valde utilia *I83*
[91] leliquorum *VD38*
[92] non *fehlt I83*
[93] episcopi est *korr. aus* episcopi *O93*
[94] parrochia *N442; VD38*
[95] *am Rande* alicuius *VD38*
[96] *am Rande* potestatis *VD38*
[97] est *V630*
[98] *am Rande* Quod nihil episcopus in altera parrochia usurpet *I83*
[99] quicquam *N442*
[100] ibi *fehlt V630*
[101] *am Rande* frui habere *VD38*
[102] *interlinear* simul *VD38*
[103] potuerit *I83; VD38*
[104] nec adulterari *korr. aus* nedulterari *VD38*

vel iudicari aut disponi nisi a proprio viro eo vivente permittitur, sic nec uxor[105] episcopi, qui eius ecclesia vel[106] parrochia indubitanter intellegitur, eo vivente absque[107] eius iudicio et voluntate alteri[108] iudicare vel disponere aut eius concubitu frui, id est ordinatione, ullatenus conceditur. Unde ait apostolus: Alligata est uxor legi, quamdiu vir eius vivit, eo vero defuncto soluta[109] est a lege viri. Similiter et[110] sponsa episcopi, quia sponsa uxor[111] est[112], quae eius dicitur ecclesia, illo vivente ei[113] est alligata. Eo vero defuncto soluta est, cui voluerit, nubat, tantum in domino, id est regulariter. Si[114] enim eo vivente alteri nupserit, adultera iudicabitur. Similiter et ille, si adulteram sponte[115] duxerit[116], adulter aestimabitur et communione privabitur. [H. 15] Si[117] autem persecutus fuerit[118] in sua ecclesia, fugiendum illi est ad alteram eique sociandum dicente domino: Si persecuti vos[119] fuerint in unam[120] civitatem, fugite in aliam. Si autem utilitatis causa fuerit mutandus, non per[121] se

**Quellen:**

62f.: *Alligata - viri*, I ConVII. 39.
64f.: *Eo - domino*, Rom. VII. 2. I Cor. 1. c.
68f.: *Si - aliam*, Matth. X. 23.
69-71: *Si - utilitatis* sec. c. 27. conc. IV. Carth.

**Rezeption:**

67-71: *Si – utilitatis*: Coll. Ans. ded. II,96 (67: *autem*] *autem episcopus*); Burchard I,80 (67: *autem*] *quis episcopus*); Bonizo III,76 (67: *autem*] *autem episcopus*); Ivo, Decr. V,186 (67: *autem*] *autem episcopus*).
68-71: *Si – utilitatis*: Bonizo III,67.
69f.: *Si – faciat*: Deusdedit I,72 (69: *autem*] *episcopus*; 69f.: *non – et* fehlt; 70: *faciat*] *fiat*); Gratian C. IX, q. 2, c. 3 (69: *autem*] *episcopus*; 69f.: *non – et* fehlt; 70: *faciat*] *fiat*).
69-71: *Si – utilitatis*: Ivo, Pan. III,68 (*autem*] *episcopus*; 71: *utilitatis*] *utilitatis vel necessitatis*).

---

[105] uxorem *VD38*
[106] vel] vel ei *I83*
[107] ab *I83*
[108] alteri] alteri volunta alteri *korr. aus* alteri voluntate alteri *V630;* alteri *korr. aus* altere *VD38*
[109] *am Rande* liberata *VD38*
[110] est *VD38*
[111] uxor est quae] uxorque *V630;* uxoremque *I83*
[112] est *fehlt VD38*
[113] eius *I83*
[114] *am Rande* De mutatione episcopi de ecclesia ad ecclesia *I83*
[115] *am Rande* voluntarie *VD38*
[116] deduxerit *I83*
[117] *am Rande* Quod si episcopus in sua persecutus fuerit ecclesia fugiendum sit illi ad aliam *VD38*
[118] in sua fuerit] fuerit in sua *N442*
[119] vos *korr. aus* vo *I83*
[120] unam civitatem] una civitate *N442; VD38*
[121] a *I83*

hoc agat, sed fratribus invitantibus et auctoritate huius sanctae sedis faciat, non ambitus[122] causa[123], sed utilitatis[124].

[H. 16] Coniunctiones[125] autem consanguineorum fieri prohibete[126], quod[127] eas[128] et divinae et saeculi[129] prohibent leges. Leges ergo divinae haec agentes et eos, qui ex[130] eis prodeunt, non solum eiciunt[131], sed et maledictos appellant. Leges vero[132] saeculi infames[133] tales vocant et ab hereditate repellunt. Nos[134] vero sequentes patres nostros infamia[135] eos[136] notamus et infames esse censemus[137], quia infamiae[138] maculis[139] sunt aspersi.

Nec[140] eos viros[141] vel accusationes[142], quas[143] leges saeculi reiciunt[144], suscipere debemus. Eos autem consanguineos dicimus, quos divinae et imperatorum ac[145] Romanorum atque

---

## Quellen:

72: *Coniunctiones - prohibete* sec. Ben. II. 130. tit. (l. Visig. XII. 3. 8).
74-76: *Leges - notamus*, interpr. c. 3. C. Th. III. 12. (cf. Ben. II. 410).
77: *Nec - debemus*, Ben. II. 381. III. 108. 307. (c. 96. conc. Afric). Cf. Angilr. c. 9, Praef. 7, Telesf. 4, Steph. 7, Euseb. 2, Iul. 7, 12, Fel. II. pp. 12. xv., Dam. 14.

## Rezeption:

72-75: *Coniunctiones – repellunt*: Anselm v. Lucca XI,77; vgl. Ivo, Pan. VIII, 153.
72-80: *Coniunctiones – repellere possunt*: Polycarpus VI,4,53 (72: *quod* fehlt; *vero – nostros* fehlt; 76: *et – aspersi* fehlt; 77: *vel accusationes*] *ad testimonium*); Gratian C. XXXV, q. 2 et 3, c. 2 (*prohibete – eas*] *prohibentur. Quare? quia has*).
72-81: *Coniunctiones – repellendae*: Ivo, Decr. IX,22 (72: *prohibete*] *prohibetur*; 81: *sunt repellendae*] *reiciendae sunt*).
72-85: *Coniunctiones – consentientes*: Regino app. III,60; Burchard VII,1 (77: *viros vel accusationes* fehlt; 77: *reiciunt*] *reiciunt nos in testimonium*; 78f.: *imperatorum – Graecorum*] *saeculi*); Bonizo IX,9 (77: *viros vel accusationes* fehlt; 77: *reiciunt*] *reiciunt nos in testimonium*; 78f.: *imperatorum – Graecorum*] *saeculi*).

---

[122] *am Rande* cupiditatis *VD38*
[123] causa sed *korr. aus* causa *O93*
[124] utilitatis] utilitatis De consanguineorum *(am Rande* propinquorum) coniunctione incesta *(am Rande* inmunda*) VD38*
[125] *am Rande* De incestis *O93; am Rande* De coniunctione consanguineorum *V630*
[126] prohibite *korr. aus* prohibete *O93;* prohibete *korr. aus* prohibite *V630*
[127] quando *V630*
[128] has *V630*
[129] sanctae *I83;* sancti *VD38*
[130] ex *fehlt I83*
[131] *am Rande* expellunt *VD38*
[132] ergo *V630*
[133] *interlinear* turpes *VD38*
[134] *am Rande* De consanguineorum prohibenda coniunctione *VD38*
[135] infamia eos] infamias *I83*
[136] eos *korr. aus* eius *V630;* eos *fehlt I83*
[137] *interlinear* iudicamus *VD38*
[138] *interlinear* turpidinis *VD38*
[139] maculi *I83*
[140] Ne *I83*
[141] viro *VD38*
[142] accusatores *V630*
[143] quas leges *fehlt VD38*
[144] *am Rande* reppellunt *VD38*
[145] ac Romanorum *fehlt V630*

Graecorum leges consanguineos appellant et in[146] hereditate[147] suscipiunt nec repellere possunt. Talium[148] enim[149] coniunctiones[150] nec legitimae[151] sunt nec manere possunt, sed sunt repellendae. Quisquis ergo non est legitime coniunctus vel absque dotali titulo[152] ac benedictione[153] sacerdotis constat copulatus[154], sacerdotes vel[155] legitime coniunctos criminari vel in eos testificari minime[156] potest, quoniam omnis incesti[157] macula[158] pollutus infamis est et accusare supradictos non permittitur. Non[159] solum ergo hi reiciendi sunt et infames efficiuntur[160], sed etiam[161] omnes eis consentientes.

Similiter[162] de raptoribus vel eis[163], qui seniores[164] impetunt[165], fieri censemus[166] [167]. Hos vero[168] saeculi leges interficiunt, sed nos misericordia praeeunte[169] sub infamiae nota ad poenitentiam recipimus[170], ipsam[171] quoque infamiam[172], qua[173] sunt[174] aspersi[175], delere non possumus, sed animas eorum per poenitentiam publicam et ecclesiae satisfactionem[176] sanare

**Quellen:**

81-84: *Quisquis - permittitur* fortasse conflat. ex Ben.II. 130. 133, interpr. c. 3. C. Th. III. 12.
86: *Similiter de raptoribus*, Ben. II. 97.

**Rezeption:**

80-88: *Talium – recipimus*: Gratian C. III, q. 4, c. 4 (*Talium enim*] *Consanguineorum*).
81-90: *Quisquis – purganda*: Ivo, Decr. IX,23.
86-89: *Hos – possumus*: vgl. Gratian C. II, q. 3, c. 7 dict. p.

---

[146] in *fehlt I83*
[147] hereditatem *VD38*
[148] *am Rande* De pellendis coniunctionibus consanguineorum *I83*
[149] enim *fehlt VD38*
[150] coniunctiones *korr. aus* iunctiones *O93*
[151] legitimae sunt nec manere possunt, sed sunt repellendae. Quisquis ergo non est *fehlt VD38*
[152] *am Rande* nobilitae decore *VD38*
[153] benedictiones *O93*
[154] *interlinear* coniunctus *VD38*
[155] vel legitim coniunctos *fehlt V630*
[156] me *VD38*
[157] *am Rande* incestum dicitur propria fornicatio et corruptio que fir in proximis *VD38*
[158] *interlinear* sorde *VD38*
[159] *am Rande* De raptoribus reiciendis *I83*
[160] efficiunt *VD38*
[161] etiam omnes *korr. aus* etiam *V630*
[162] *am Rande* De raptoribus *V630*
[163] eis *korr. aus* ei *O93*
[164] senioribus *V630*
[165] *am Rande* accusant criminantur *VD38*
[166] *interlinear* iudicamus *VD38*
[167] censemur *I83*
[168] vero] vero quos *I83*
[169] *am Rande* praecedente *VD38*
[170] recipimur *I83*
[171] ipsam *korr. aus* ipsu *V630*
[172] infamiam *korr. aus* infamie *V630*
[173] qua sunt] quas *O93; I83*
[174] sunt *fehlt VD38*
[175] asperi *VD38*
[176] satisfactione *VD38*

cupimus, quia manifesta peccata non sunt occulta correctione[177] purganda. [H. 17] Omnes[178] ergo, qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione[179] sacerdotum et eorum, super quorum fide non hesitatur[180], minime recipiantur[181] et in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem[182], de quorum fide dubitatur[183], nec eis omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quaerendum est ergo in iudicio, cuius sit conversationis et[184] fidei is[185] [186], qui accusat, et is, qui accusatur, quoniam hi, qui non sunt rectae[187] conversationis ac fidei, et quorum vita est accusabilis, non permittuntur maiores natu accusare, nec quorum fides[188], vita et libertas nescitur, neque viles personae in eorum recipiantur accusationem. Rimandae[189] vero sunt accusatorum enucleatim[190] personae, qui

---

## Quellen:

90: *quia - purganda*, Isid. sent. III. 46. no. 13. aut conc. Aquisgr. a. 816. libr. I. c. 36. Cf. Greg. ep. ad Felic.
90-94: *Omnes - ignorant*, Ben. I. 335. III. 176. (c. 64. conc. Tol. IV.).
91: *qui - sunt*, cf. Pii 5, Fab. 5.
93f.: *nec - ignorant*, cf. c. 3. Angilr., Sixt. I. pp. 3, Fab. 5, Iul. 12.
95: *Quaerendum - accusatur*, c. 96. conc. IV. Carth. aut Ben. III. 110, add. III. 11. (Cf. Fel. I. pp. 12.)
95-97: *quoniam - accusare*, Cap. ecclesiast. a. 789. c. 35. aut Ben. I. 74. III. 111. Cf. Pont. 9, Fab. 13, 25, Steph. 12 (Fel. I. pp. 12.), Sixt. III.pp., Pelag. II. pp. ep. 3. (c. 13. Angilr.).
97: *nec - nescitur*, Ben. II. 359. III. 112. aut c. 13. Angilr. Cf. Fab. 13, 25, Steph. 12, Sixt. III. pp., Pelag. II. pp. ep. 3.
97f.: *neque - accusationem*, Cap. eccles. a. 789. c.45. aut Ben. II. 362. aut c. 13. Angilr. Cf. Anacl. 19, Fab. 25, Sixt. III. pp.
98: *Rimandae - accusatorum* sec. c. 17. conc. Afric. aut Ben. III. 97.
98-105: *qui - noscuntur* sec l. Visig. II. 4. 5. aut Ben. II. 147. 345. Cf. Dam. ad Ital.

## Rezeption:

90-110: Omnes – solet: Coll. Ans. ded. III,57; Burchard I,171 (96f.: *permittuntur – natu*] *permittendi sunt eos*); Ivo, Decr. V, 289 (96f.: *maiores natu*] *eos*).
91-109: in accusatione – recipiantur: Deusdedit IV,319 (91f.: *et – minime* fehlt; 93-97: *Infirmari – nec* fehlt; 97-102: *neque – testes* fehlt; 103f.: *sed – dicant* fehlt; 107f: *sed – alios* fehlt).
94-98: *Quaerendum – accusationem*: Gratian C. II, q. 7, c. 18.
98-102: *qui – credatur*: vgl. Gratian C. II, q. 8, c. 1; vgl. Gratian C. II, q. 8, c. 5 dict. p.
98-112: *Rimandae – prudentiae*: Sentenzen c. 48. Anselm v. Lucca: III,53 Polycarpus V,1,13.

---

[177] *am Rande* emendatione *VD38*
[178] Omnes *am Rande* in prasonis accusantium *O93; am Rande* De accusatoribus *V630*
[179] accusationem *O93; I83*
[180] *interlinear* dubitatur *VD38*
[181] recipiatur *O93*
[182] voce *VD38*
[183] dubitabatur *VD38*
[184] ac *I83*
[185] is *fehlt V630*
[186] is, qui accusat, et is, qui accusatur, quoniam hi, qui non sunt rectae conversationis ac fidei *fehlt VD38*
[187] rectae *korr. aus* recta *V630*
[188] fides vita *korr. aus* fides *O93*
[189] *am Rande* inquirende *VD38*
[190] *am Rande* aperte sublimiter *VD38*

sine scripto difficile, per scriptum autem numquam recipiantur[191], quia[192] per scripturam nullus accusari[193] potest, sed propria voce et praesente eo, quem accusare voluerit, suam[194] quisquis agat accusationem[195], nec absente eo, quem accusare[196] voluerit, quicumque accusator credatur[197] [198]. Similiter testes per quamcumque scripturam testimonium[199] non proferant, sed praesentes, quae[200] viderunt et noverunt, veraciter testimonium dicant[201]. Nec de aliis causis vel negotiis testimonium dicant, nisi de his, quae sub praesentia eorum acta[202] esse noscuntur.

Accusatores[203] [204] vero consanguinei adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes, sed si voluerint et invicem consenserint[205], inter[206] se parentes tantummodo testificentur, et non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur, quia propinquitatis et familiaritatis ac dominationis affectio veritatem[207] impedire

---

**Quellen:**

99f.: *per - voluerit*. Cf. Steph. 8.
106: *Accusatores - dicant* sec. l. Visig. II. 4. 12. tit. aut Ben. II. 348. tit.
106-110: *nec - solet* sec. l. Rom. Visig. Pauli rec. sent. V. 17. s. 1. et interpr. s. 3. (Cf. Steph. 11.)
*quia propinquitatis*. Cf. Euseb. 3, Fel. II. pp. 12. xi.

**Rezeption:**

99-105: *per scripturam – noscuntur*: vgl. Deusdedit IV,333.
99-102: *praesente – credatur*: vgl. Gratian C. III, q. 9, c. 3.
102-105: *testes – noscuntur*: Ivo, Pan. IV,93; Gratian C. III, q. 9, c. 15.
106-108: *consanguinei – alios*: Gratian C. III, q. 5, c. 1 (106: *consanguinei*] *consanguinei accusatores*).
106-112: *consanguinei – prudentiae*: Ivo, Pan. IV,85.
108-112: *accusatores – prudentiae*: vgl. Gratian C. III, q. 5, c. 12.

---

[191] recipiantur *korr. aus* recipiatur *I83*
[192] quia per *korr. aus* quia *V630*
[193] accusare *VD38*
[194] suam quisquis agat accusationem, nec absente eo, quem accusare voluerit *fehlt VD38*
[195] accusatione *I83*
[196] accusare voluerit, quicumque accusator credatur. Similiter testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed praesentes, quae viderunt et noverunt, veraciter *fehlt I83*
[197] *am Rande* ceditur *VD38*
[198] credat *VD38*
[199] testimonium non proferant, sed praesentes, quae viderunt et noverunt, veraciter *fehlt VD38*
[200] quam *O93*
[201] dicunt *O93*
[202] *am Rande* facta *VD38*
[203] *am Rande* De consanguineis non recipiendis in testimonium *V630; am Rande* Ut consanguinei accusatores adversus extraneos testimonium non dicant *I83*
[204] Accusatoris *V630; N442; I83*
[205] consenserint *korr. aus* senserint *O93*
[206] er *I83*
[207] veritatis *I83*

solet. [H. 18] Amor carnalis et timor atque avaritia plerumque sensus hebetant[208] humanos et pervertunt opiniones, ut quaestum[209] pietatem putent et pecuniam quasi mercedem prudentiae.

Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum, fovea alta est os malivoli, innocens dum credit facile, cito labitur[210]. Sed iste lapsus resurgit[211], et[212] tergiversator[213] suis artibus praecipitatur[214] [215], unde numquam exiliat[216] atque evadat. Ponderet[217] [218] ergo unusquisque sermones suos, et quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur, unde bene sacra ait[219] scriptura: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tempore indigemus[220], ut aliquid maturius[221] agamus, nec praecipitemus consilia et opera nostra neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus[222] quoquo modo[223] fuerit, portemus[224] eum et[225] fraterno corripiamus[226] affectu[227], sicut ait beatus apostolus: Si[228] praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite[229] huiusmodi in spiritu lenitatis considerans teipsum, ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

**Quellen:**

110-112: *Amor - prudentiae*, Ambros. ep. 2. ad Syagr. no. 15. (2, 758).
113-116: *Nemo - suos*, Ambros. ep. 2. ad Syagr. no. 13. (2, 757).
117: *Quod - facias*, Tob. IV. 16.
117-119: *Nos - corrumpamus*, Ambros. ep. 44. ad Horont. no. 2. (2, 976).
120-122: *Si - Christi*, Galat. VI. 1.2.

**Rezeption:**

115-177: *Ponderet – sacrificiis*: Fratian D. L, c. 14 (135-137: *et – vivat* fehlt; 144-155: *Lacrimarum – peccata* fehlt; 158-175: *sed – bonum* fehlt).
119-132: *si – caelo*: Bonizo V,46 (119: *aliquis*] *aliquis sacerdos*; 119: *quoquo modo* fehlt).
119-142: *si – contribulatus*: Ivo, Decr. VI,48.
119-140: *Sed – posse*: Burchard XIX,42
119-160: *Sed – deo*: Ps.-Remedius c. 46 (144-153: *Lacrimarum – Christi* fehlt)

[208] orbitant *I83;* habent *VD38*
[209] *interlinear* lucrum *VD38*
[210] *interlinear* cadit *VD38*
[211] surgit *V630*
SS[212] et *fehlt I83*
[213] *interlinear* astutus *VD38*
[214] *interlinear* mergitur *VD38*
[215] praecipitatur *korr. aus* praecipiatur *O93;* precipitatur *korr. aus* precipatur *V630;* praecipatatur *I83*
[216] *interlinear* surgat *VD38*
[217] *am Rande mesuret tempora VD38*
[218] *am Rande* De remissione peccati post lapsum *N442*
[219] ait *korr. aus* agit *N442*
[220] *am Rande* Necessarium habemus *VD38*
[221] *interlinear* festinantius *VD38*
[222] *am Rande* ceciderit *VD38*
[223] modo fuerit *korr. aus* modo *O93*
[224] portemus] non perdamus *korr. aus* perdemus *V630*
[225] sed *V630*
[226] corripiamus *korr. aus* corrumpamus *V630*
[227] *am Rande* caritate benevolentia *VD38*
[228] *am Rande* Quod sacerdotes qui lapsi fuerint ad pristinum possint redire gradum *VD38*
[229] instruite huiusmodi *korr. aus* instruite *N442*

[H. 19] Porro[230] sanctus David de criminibus[231] mortiferis egit poenitentiam et tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, quando dominum negasse poenituit, sed tamen apostolus permansit[232]. Et dominus per prophetam peccantibus pollicetur[233] dicens: Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius amplius non recordabor.

[H. 20] Errant[234] [235] enim, qui putant sacerdotes post lapsum, si condignam[236] egerint[237] poenitentiam, domino ministrare non posse et suis honoribus frui, si bonam[238] deinceps vitam duxerint[239] et suum sacerdotium condigne[240] [241] custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant[242], sed etiam[243] traditas ecclesiae claves disputare et agere videntur, de quibus dictum est: Quaecumque solveritis[244] in terra, erunt soluta et in caelo, alioquin haec sententia aut domini non est aut vera[245]. Nos vero indubitanter tam domini sacerdotes quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse[246] redire ad honores credimus testante domino per prophetam: Numquid qui cadit non adiciat[247], ut resurgat, et qui aversus[248] est,

---

**Quellen:**

123f.: *Porro - permansit*, August, ep. 185. c. 10. no. 45. (2, 661).
126f.: *Peccator - recordabor*, Ezech. XVIII. 22.
128-132: *Errant - caelo* sec. August, 185. c. 10. no. 45. (2, 661).
134-142: *post - contribulatus*, Greg. M. ep. IX, 59. (2, 969).

**Rezeption:**

123-127: *Porro – recordabor*: Coll. Ans. ded. II,132.
128-145: *Errant – ira*: Sentenzen c. 199.
128-177: *Errant – sacrificiis*: Ivo, Pan. III,148 (145f. *Qui – subvenire* fehlt; 147-155: *Penes – peccatum* fehlt; 157-176: *Unde – bonum* fehlt).
128-179: *Errant – vestrae*: Coll. Ans. ded. II,133; Polycarpus IV,41,1.
135: *Numquid – resurgat*: Gratian D. L, c. 24

---

230 *am Rande* Salubria *I83*
231 crimibus *N442*
232 permansit *korr. aus* mansit *O93*
233 *interlinear* promittit *VD38*
234 *am Rande* De his qui putant sacerdotes post lapsum domino ministrare non posse si dignam egerint poenitentiam *V630; am Rande* Quot sacerdotes post lapsum ministrare possunt *I83*
235 Errant *korr. aus* Erant *V630*
236 dignam *I83*
237 egerit *VD38*
238 bona *O93; I83*
239 duxerint et suum sacerdotium condigne custodierint *kor. aus* duxerint *VD38*
240 *interlinear* sicut decet *VD38*
241 condigne *korr. aus* digne *O93*
242 errant *korr. aus* erant *O93*
243 etiam] etiam contra *korr. aus* etiam *V630*
244 solveris *I83; VD38*
245 vera] vera est *N442*
246 posse redire] redire posse *I83*
247 adiciet *N442; VD38*
248 aversus *korr. aus* adversus *I83*

non revertetur? Et alibi: Nolo, inquit dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Et propheta David poenitentiam[249] agens dixit: Redde mihi laetitiam salutaris tui et spiritu principali confirma[250] me. Ipse namque post[251] poenitentiam et alios docuit et[252] sacrificium deo obtulit dans exemplum doctoribus sanctae ecclesiae, si lapsi[253] fuerint et[254] condignam[255] poenitentiam[256] deo gesserint[257], utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: Doceam iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Et sacrificium deo pro se obtulit, dum dicebat: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Videns enim[258] propheta[259] scelera sua mundata per poenitentiam, non dubitavit praedicando et domino libando[260] curare aliena. Lacrimarum ergo effusio movet[261] animi passionem. Satisfactione[262] autem impleta avertitur animus ab ira. Qui enim non[263] ignoscit[264] alteri, quomodo sibi[265] putat subvenire[266]? Superabundant ergo peccata, superabundet[267] et misericordia, quoniam apud dominum misericordia et copiosa[268] apud eum redemptio. Penes[269] dominum enim omnium abundantia est, quia dominus virtutum ipse est rex gloriae. Ait enim apostolus: Omnes peccaverunt et egent gloria[270] dei, iustificati gratis[271] [272] per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem praecedentium delictorum, in sustentatione[273] dei, ad ostensionem iustitiae[274] eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus et

**Quellen:**

146f.: *quoniam - redemptio*. Ps. CXX1X. 7.
148: *dominus - gloriae*,Ps.XXllI.10.
148-150: *Omnes - Iesu*, Rom. III. 23-26.

[249] poenitentiam] penitentiam a *VD38*
[250] confirma *korr. aus* confirmat *VD38*
[251] post *korr. aus* potest *VD38*
[252] et *fehlt VD38*
[253] *am Rande* peccaverint *VD38*
[254] ut *I83*
[255] condigna *N442;* cum dignam *I83*
[256] paenitentia *O93*
[257] gesserint *korr. aus* gesserit *VD38*
[258] enim *korr aus* enim per *VD38*
[259] prohetam *VD38*
[260] *interlinear* sacrificando *VD38*
[261] movet *korr. aus* monet *O93*
[262] *interlinear* humiliatione *VD38*
[263] non *fehlt I83*
[264] *interlinear* parcit *VD38*
[265] sibi] sibi non *I83*
[266] subveniri *V630*
[267] superabundet *fehlt V630*
[268] *interlinear* plena *VD38*
[269] *interlinear* apud *VD38*
[270] gloriam *I83*
[271] *am Rande* sine merito *VD38*
[272] gratias *O93*
[273] *interlinear* patientia *VD38*
[274] iustitiae *fehlt V630*

iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. David enim dicit: Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus[275] [276], cui non imputavit[277] dominus peccatum. Mundatur[278] ergo homo a peccato et resurgit gratia dei a[279] lapsu[280] et in pristino manet officio iuxta praedictas auctoritates, videat, ne amplius peccet, ut[281] sententia evangelica[282] maneat[283] in eo, quae[284] ait: Vade et amplius noli peccare. Unde ait apostolus: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut oboediatis concupiscentiis eius, sed neque[285] exhibeatis[286] membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos tamquam ex mortuis viventes et membra vestra arma iustitiae deo. Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccavimus[287], quoniam non[288] sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis, quoniam[289], cui exhibetis vos servos ad oboediendum, servi estis eius, cui oboeditis[290], sive peccati ad mortem, sive oboeditionis ad iustitiam? Gratias autem deo, quod fuistis servi peccati, oboedistis autem ex corde in eam formam doctrinae[291], in qua traditi estis. Liberati autem a peccato servi[292] facti estis iustitiae, humanum[293] dico. Maius enim[294] peccatum est iudicantis quam eius, qui iudicatur. Existimas[295] autem hoc[296], inquit apostolus, o homo omnis, qui iudicas[297] eos, qui talia agunt et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis? Ignoras[298], quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit?

**Quellen:**

153-155: *David - peccatum*, Rom. IV. 6. 7. 8.
156f.: *videat - peccare*, Ioann. VIII. 11.
158-166: *Non - dico*, Rom. VI. 12—19.
166: *Maius – iudicatur*, Xyst. Pyth. s. 174. aut Ben. III. 372. aut c. 11 (bis) Angilr.
167-175: *Existimas - bonum*, Rom II 3—10.

[275] Beatus vir, cui non imputavit dominus peccatum *fehlt V630*
[276] Beatus] Beatus vir *I83; VD38*
[277] imputabit *VD38*
[278] Mundatus *N442*
[279] a lapsu] lapsus *korr. aus* lapsu *V630*
[280] *interlinear* casu *VD38*
[281] et *I83*
[282] evangelii *V630; N442*
[283] maneat *korr. aus* manet *V630*
[284] quae ait *fehlt V630*
[285] neque *korr. aus* eque *VD38*
[286] exhibeatisti *VD38*
[287] peccabimus *V630; VD38*
[288] non *korr. aus* no *N442*
[289] quoniam cui *korr. aus* quoniam *O93*
[290] oboedistis *korr. aus* oboeditis *V630;* oboedistis *I83; VD38*
[291] doctrinam *O93;* doctrinae *korr. aus* doctrina *N442*
[292] servi] servi autem *V630*
[293] Hamanum *I83*
[294] enim *korr. aus* enim pecca *VD38*
[295] Existimans *I83; VD38*
[296] hoc *fehlt V630*
[297] iudicas eos *korr. aus* iudicat vos *VD38*
[298] Ignorans *N442; VD38*

Secundum duritiam autem tuam et impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius: his quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam, his autem, qui ex contentione et, qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci, gloria autem et honor et pax omni operanti bonum. Sententiam, fratres, quae misericordiam vetat, non solum tenere, sed et audire refugite, quia potior[299] est misericordia omnibus holocaustomatibus et sacrificiis.

Consultis[300] vestris breviter respondimus, quia[301] oppressos nimis et aliis[302] praeoccupatos iudiciis[303] litterae nos invenere[304] vestrae. Data VIII Idus Octob. Antonio et Alexandro cc.[305] conss.

---

**Quellen:**

176: *Sententiam - refugite*, Xysti Pyth. s. 328.
176f.: *quia - sacrificiis*, Marc. XII. 33.
179f.: Not. cons des. e vit. Calist. c. 1. in libr. pontif.

**Rezeption:**

176f.: *Sententiam – sacrificiis*: Sentenzen c. 200; Ivo, Decr. VI,49.

---

[299] *am Rande* maior et melior *VD38*
[300] *interlinear* interrogationibus *VD38*
[301] qui *VD38*
[302] alios *I83*
[303] iudiciis *korr. aus* iudicii *V630*
[304] *interlinear* hoc est invenerunt *VD38*
[305] vv. *korr. aus* cc. vv. *N442*